

INCIPIT LIBER. I. BEATI AMBROSII  
EPISCOPI. DE SPŪ. S CŌ.

**H**IEROBAAL. CUM SUB  
arbore quercus. tritici messē virga cede  
rē. accepit oraculum. Vt a potestate alieni  
genarum. in libertatem. dī populū vindicaret.  
Nec mirum. si est electus ad gratiam. cum sub umbra tunc  
sacrae crucis. & uenerabilis sapientiae. praedestinato  
In carnationis futurae mysterio constitutus. feracis  
segetis. sensibilia de labulis frumenta produceret.  
electionemq; scōrum a purgamentis Inanis paleae  
sequestraret. <sup>f. scō.</sup> Qui tamquam virga ueritatis exer  
citu. super fluxū uāeris hominis cum eius acub. de  
ponentes. quasi in torculario ita in ecclesia con  
gregantur. Ecclesia enim. torcular est fontis  
aēterni. In qua caelestis uitae fructus exundat.  
Quo motus oraculo gedon. cum audisset quod defici  
entib. licet populorum milib. In uno uiro dñs plebē